

THESAURVS SIVE SPECVLVM AVREVM.

Personarum, rerum, & actionum Iuridicopoliticarum.

In quo

AVREAE, VARIAE,

ET ADMIRABILES OBSERVATIONES, SIVE SENTENTIAE PRACTICABILES


HOC SECVLO, DE BENE, AC IVRIDICE ADMINI-
strandâ Republ: continentur.

OMNIBVS QVIBVSCVQVE AD REIPVBL. CHR-
STIANAE GBERNACVLA ASPIRANTIBVS,
vel in iis iam clausum tenentibus, maximopere utilis,
& per necessarius.

In tres chiragogicos libros distributus & cum indice Copiosissimo.

Editio altera permissu Auctoris.

Ab ADAMO KELLERO L. V. Licenciato, & consi-
liario Austriaco.



CONSTATVIA
Sumptibus Nicolai Kalt, Anno 1615.



Guilms Godolphin



ILLVSTRISSIMO ET

REVERENDISSIMO PRINCIPI AC
DOMINO DOMINO MARCO SITICO AR-

CHIEPISCOPO SALISBURGENSI SACRAE ROMANAE

& Apost. Sedis legato nato, Praeposito Constantien-

si Dignissimo, &c. Domino suo clemen-

tissimo, &c.

Caed. Gregorius M. de Salisburgo.



T corpus sine anima consistere non potest Illustrissime & Reverendissime Princeps ita sine iustitia omnis respublica pereat omnisque principatus, subvertatur ipse mundus necesse est.

Tolle eam è medio (inquit M. Tullius) solem è caelo sustuleris: reliquum est ut in tenebris sit confusio ex qua subversio. Sic poeta
Nox & amor vinumq; nihil moderabile suadent.

Quod autem moderatum non est diuturnum esse non potest.

Hinc leges coeperunt condi, hinc iura promanarunt sed ad conservandam humanam societatem

); (2 hoc



DE

OFFICIIS JURI- DICOPOLITICIS.

LIBER I.

PROOEMIUM CONTINENS

*AUCTORIS CONSILIUM, ET FINEM SCRIP-
TIONIS, AD FILIOS SVOS IOAN. CHRISTO-
phorum Ioan. Iacobum & Ioan. Ada-
mum Kelleros,*



Vanquam vos filij Carissimi, annos jam aliquot præceptores optimos in diversis locis audiendo, abundare oportet præceptis institutisq; propter summam & illorum auctoritatem & urbium, quorum alij vos scientiâ augere possunt, aliæ exemplis: tamen, ut ipse ad meam utilitatem temp̄ et cum alijs, peritiores imitando, usum atque praxin conjunxi: neque in causis civilibus solum, sed etjam alijs in Republ. quotidianis negocijs feci, idem vobis (si animus sit ad talia aliquando subeunda officia) censeo faciendum: ut pares sitis in utriusque tam praxeos,
A quam